



25/11/09

(Smogulecki Matthiae Ceym. Ridgost): Nun  
cins a Carolo Chotkiewicze - partae  
victoriar. v. Calend. sept. 1605.

Ms. A. 3. 343.

N V N C I V S,

A V S P I C I I S S E R M I E T P O T E N M I

S I G I S M V N D I   III  
P O L O N I A E   E T S V E C I A E   R E -  
g i s , Magni Lithuaniæ Ducis &c.

&c. A C A R O L O C H O T K I E V I C I O , Præside  
Liuoniæ, & Præfecto Samogitiæ, atq; Supremo Ma-  
gni Duc: Lith: Generali, cum Carolo Duce Suder-  
maniæ S. R. M. Perduelli, commissi prælij, par-  
teq; Victoriæ V. Calend: Septemb:

Anno Dñi M. DC. V.



Per G. Maffiam Smoguleckij, Capitum Rid.  
goſfieri editio.

C R A C O V I A E ,

In Officina Nicolai Scharffenbergeri, Anno Dñi,

1 6 0 5 .



25249

4

For Iulianus Hungarorum. Capit. Videlicet. Etiam  
Sigismundus sibi Svecorum Regis. Non sine Clemencie. Porro etiam  
**LASSE CAROLI AD DINAMUNTUM**  
muntū à Mansfeldio, qui in ea curabat,  
adacta militéq; exposito, Chotkieuici-  
us Præses Liuonię, qui per id tépus ad  
Derpatum cum exercitu agebat, sele-  
ctis duobus millibus & quadringentis equitibus,  
peditibus mille, quam expeditissimo agmine, reli-  
ctis in castris impedimentis, iter Dinamuntum ver-  
sus intendit, nulla mota obsessis suppetias latus.  
Aduenienti Volmariā certissimis Nunciis perfertur  
alterum Caroli Ducem Lindersonium, cum quinque  
millibus Reualia profectum ad Mansfeldium tende-  
re, vires coniuncturum. Itaque qui priùs Dinamun-  
tum cogitabat, proximè Felinum flectit iter, compendio viarum & celeritate Lindersonio præuersu-  
rus, & carptim potius cum singulis, quam cum omni-  
bus in vnum collatis viribus, manus conserturus, si  
quis casus opportunitatem rei benè gerēde attulis-  
set. Nec omnino frustra fuit. Nam cum medio ferè  
inter Felinum & Parnauiam spacio, in conspectum  
venissent, instruxere ytrinq; acies, leuique certami-  
ne, ad

ne, ad experimētum virium propē ducentos Lindersonius desiderauit. Quo animaduerso territus, prælio noluit decernere, metatisq; ad vicum Fikelmoyza castris, loci se ingenio tuebatur. Inter hæc Carolum ipsum, nulla priùs fama aduenturi percepta, & vñā Ducem Lunēburgensem armatorūmq; cum iis non paruum numerum Parnauia appulisse certior fit Chotkieuicius, qui cum s̄epiùs adequitando castris, atque laceffando, nullla ratione posset Lindersonium ad æquam prælii conditionem elicere, Felinum rediit. Ibi firmo imposito præsidio, Rigam proprius admouendi exercitus, consilia agitabat, vt ex propin quo magis ciuitatis animos confirmaret, & tempus duceret, quōad è Lituania auxilia conuenirent, nisi cogeret extrema necessitas, nequaquam extremi periculi temerè aleam iacturus. Carolus coniunctis cum Lindersonio copiis, littus maris legens in prædiorustico Saltzmoyza dicto substiterat, capto idoneo castris loco. Cognitāq; ab exploratoribus, tum & ex captiuis Regii exercitus paucitate, ad persequendum & oppugnandum ergebatur, impleto vehementer ea fiducia animo. Quod cum intellectum esset, ne hostis pedite validus, inquis & impeditis locis, equitatum occuparet, traiecit Gauia Chotkieuicius, nec ita procul Vendā, patentibus campis castra foſta iacta, & opere egregio cōmunit, motus

hostium

hostium obſeruaturus, vt aut inuaderet, ſi forte ſequi  
vellent in traiectu fluminis impedites, aut prout res  
tulifſet, quidpiam aliud ab ingenio mutuaturus, quo  
numero multis partibus inferior, arte vires ſubleua-  
ret. Verum enim uero Carolus cōmutata tota con-  
ſilij ratione, motis à Saltzmoyna caſtris Rigam ver-  
ſus rapit exercitum, eo animo, vt quam primū ſe  
Mansfeldio cōiunxiſſet, auerſo itinere, Regiis nihil  
moratus totis viribus occurreret. Promouet quoq;  
ſuos Chotkieuicius rectā ad Dunam flumen præter  
Iſkielium aliquot ſupra Rigam milliaribus, atque in  
ipſa fluminis ripa conſiſtit. Contractis Caro'us co-  
piis quatuordecem millia explebat, maximia pars pe-  
regrini militis, quos ſtudio quorundam folito, plu-  
res exciuerat, cum primis verò demortui Hoduni  
Magni Moſchouic Ducis opibus adiutus, infesti Po-  
lonis, ob ſuceptum in fidem & patrocinium Deme-  
trium, qui nunc rerū in Moſchouia potitur. Quare  
nil ultra cunctandū ratus, V. Calend: Septēb: prima  
luce aduersa ad Kirchholmū caſtra opponit, acies in-  
ſtruit, inſelliſ ſportunis pediti collibus, interce-  
dente latē patētis campi planicie, haud paruo ab Re-  
giis interuallo, qui ocius quoque viſo hofte, aciem  
ſecundum flumen explicuere. Cōmodū in procin-  
dū erant, direc̄tis vtrinque aciebus cum Fridericus  
Dux Curiandiæ, trans Dunam comparet, trecentis e-

quitibus ex nobilitate Curlandica comitatus, fidem  
studiumq; suum Regiæ Maiestati, atq; Reipub: tam  
necessariò tempore probaturus; cùmq; spēm nullam  
vadi magnitudo fluminis faceret, obfirmatis ad om-  
ne periculum animis, dum nando transitum parant,  
adactis in flumen equis in vadum casu illati(res pro-  
pè in miraculum versa) nulla eius ante etiam à peri-  
tissimis locorum habita notitia traieceré incolumes  
nemine desiderato. Interea multis vtrinq; extra or-  
dinem procurentibus velitando certabatur, alter-  
nante quidem casus fortuna, plerumq; tamen magis  
prosperi Regiorum successus futuri certaminis om̄e  
erant. Ad meridiem iam vergente die Chotkieuici-  
us multis de causis, quas operæ præcium non est cō-  
memorare, non minus in mora, quam in pugna peri-  
culi reputans, necessariò vniuersæ dimicationis di-  
scrimen auditurus, vt consternationis simulatione in-  
escata audacia holtem superioribus, & cliuosis locis  
detraheret, magno derepente tumultu velites spe-  
cie fugientium retrahi imperat, admonitis priùs luis  
studio id fieri, ne quid ignaris res inopina terroris  
obiiceret. Nec secus quam fore coniecerat, accidit;  
trepidationis id non artis ratus Carolus instat vt ar-  
bitrabatur perculsis, & procul ab eo, quem primum  
ceperat loco in plana instructo exercitu descendit,  
vndecim tomentis aciem præcedentibus. Proximè

phalanx

phalanx sequebatur, contis ferro rigentibus horri-  
da, fistulatoribus qui fistulas maiores siue sclope-  
tos exercent, Musketos vulgo vocant, circumfulsis.  
Equitatus in cornibus: In sinistro maxima pars, quæ  
hostis à tergo circumueniendi, conferta pugna, man-  
data acceperat, reliquum in dextro, & subsidiis lo-  
cat. Contra à Chotkieuicio triplici agmine directa  
acies, minutis sed cœbris, & opportunis subsidiis,  
pro ea quam habebat copia. Turmam suam præto-  
rianam, equites hastatos trecentos, notæ & spectatæ  
plerosque fortitudinis viros à viro lectos diceret,  
in fronte constituit, Ducis Friderici auxiliariis Cur-  
landis adiunctis sperans, ut se principia dedissent e-  
reatis suorum, imminutis hostium animis, ita & ex-  
rema cessura. Dextrum cornu Ioanni Sapiehe attri-  
buit diligenter admonito, ut ex aduerso, ab leuo cor-  
nu conatus, equitatus hostilis etiam atque etiam ob-  
seruaret. Sinistro, Thomas Dambrovva præerat. Ven-  
tus à mari obliquus perflabat, vtrisq; haud magnope-  
rè incòmodus. Sub hæc vultu ipso iā dudum pleno  
Martij vigoris alacritate, bona spe impletis, studiōq;  
pugnæ accésis militibus, verbis etiam cohortatur, ut  
se numero quidem inferiores, sed causa longè supe-  
riores reputarent, iam iā summiū ac præpotentem iu-  
dicem, secundū æquitatem decreturum, agerent mo-  
dò, & affererent contra perduellem Regis sui cau-

Sam vindices Diuinæ iustitiæ electi, & cum de laude  
& gloria cogitarent, interclusi vndique & armis & a-  
quis, in numinis ope & dextris, vnicam quoq; spem  
expediendæ salutis meminissent. Tormenta pothæc  
exonerari iubet. Tum ab vniuersis confono, ac con-  
gruenti clamore sacrosancto nomine I E S V sapientius  
iterato in vicem cælestis amuleti, primùm prætoria-  
næ turmæ equites, pro Præfecto Vincentio Woyna  
regente, submissis subsidio Curlandis, equis conci-  
tatiſſimis, magno impetu in phalangem incurserunt.  
Repugnanti ac renitenti ingenti conatu, obſtinatæq;  
in vſtigiò mori, ordo tame nō diu cōſtitit. Dambro  
vva cum turmalibus suis, cùm paululū auersus pro-  
curifset, increbrefcentis auræ opportunitate vſurus  
reflexis repente equis, ab latere aperto, impulſo de-  
xtro Caroli cornu, vt ſemel impetum ceperat, quā  
latè petebant perrupit agmina hostium, dans cædes  
& stragem. Permifta prælia erant, cælūmq; nubilum,  
fragor tormentorum ac lituorum concurſatio, incer-  
ta omnia faciebat, cum eques ab leuo cornu Caroli  
ex cōſtituto ad circumueniendos Regios, coortus,  
intento in eam curam impigrēq; occurrente Sapieha  
loco motus, pulsusq; ingentem omnibus terrorem  
intulit. Quatuor prop̄ horis hinc virtute, iſthinc  
multitudine prægrauante, ambiguo Marte certatum  
nequicquam pluries redintegratis Ordinibus incli-

nare

nare paulatim hostilis acies , ad extremū, non pugna,  
sed trucidatio secuta. Cæsa ferme nouem millia, præ-  
ter fluminibus haustos aut in fuga ab agrestibus tru-  
cidatos. Interfecti Dux Fridericus Brusuicen: & Lu-  
neburgensis, atq; Andreas Lindersonius penes quem  
summa Imperii militaris erat. De Mansfeldio, è so-  
ciis classiariis transfuga, ad Gauam multò sanguine  
fædatum vidisse, verò an falso referebat. Castra ca-  
pta, tormenta vndecem, signa militaria ad sexaginta,  
captiui propè quingenti. Ipse Carolus inter tu-  
multum fauciis effugit. Ex victoribus centum desiderati,  
vulneratorum, maior numerus. In his Theo-  
dorus Lacki multa militaris fortitudinis decora nu-  
merans, fortunis, & spiritu ipso libenter patriæ sem-  
per impenso , benè merendi de ea, quam viuendi a-  
uidior. Equi plurimi glandibus ferreis traiecti, aut  
contis suffossi.

Nuncio victoriæ Cracouiam Idibus Octob: allato,  
magnaq; omnium læticia excepto , redditæ Deo  
præpotenti gratiæ, & pro ea, qua est pietate à Regia  
M<sup>te</sup> adorata sacratæ Religionis Diui Stanislai cal-  
uaria, cuius tutela & patrocinio Polonia continetur;  
cum videlicet ipso Translationi eius dicato die,  
victoria parta, ipsi etiam merito, secundum  
Deum accepta, referatur.

SOLI DEO GLORIA.

Sin Penn Gradi Orbi Matthei Parvynkleski Capitani Regis poloni  
Frater et sis et Henricus Iacobus Parvynkleski in Parvynkleski et  
Solanicae & Cuius die duo fratres et Mattheius in Academia  
Cracoviensi et in Collegio Lubomiricano a se studia continebant.

BIBLIOTHECA



2011 DEC 20 GIGANT

H. 111.9